UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

In illis non ſufficit, ſed requiritur, ꝙ ſuper eis expreſ-
ſe pronuncietur, alioquin ꝓceſſus eſſet ipſo iure nul-
lus. c. exhibita. de iudi. Bart. in l. 1. in fi. uer. C. de ordi.
iudi. & docto. maximè Felin. in d. c. ſuborta. in 2. limi-
tatione. Secundo & melius reſpondetur, quòd pro-
cedendo ſuper negotio principali quis cenſetur renũ
ciare exceptionibus impedientibus proceſſum nego-
tij principalis, qñ ſimpliciter procederet, & ſic proceſ
ſus ad ulteriora eſſet contrarius cognitioni exceptio-
num, ut in d. c. ex parte. il 2. & habetur in d. c. ſuborta.
Secus ſi procederet, ſaluis exceptionibus propoſitis,
& ſic proceſſus ad ulteriora non eſſet aduerſus, ſed di
uerſus à proceſſu exceptionũ, ut eſt in caſu noſtro, in
quo ſtant ſimul, ꝙ procedatur in cauſa principali, &
ſecundum intentionem excipientis, uidelicet non
ſeruata inſtantia, ſed ſtatutaria, per dilationes, & nõ ſe
cundum formam reſcripti partis aduerſæ. Et ideò cũ
proceſſus ad ulteriora non aduerſetur exceptionibus
propoſitis, nõ dicetur illis per proceſſum ad ulterio-
ra renunciatum, nam tunc dr̄ per proceſſum ad ulte-
riora renunciatũ, qñ ſi non diceretur renunciatũ, uo-
lens procedere ſibimet contrarius eſſet, ut colligit̃
ex iis, quæ habentur in d. c. ſuborta. & in d. c. exhibita.
quoniam ſibi contrarius non eſt audiẽdus iuribus vul
garibus. Et † ad propoſitum bene inſeruiunt ea, quæ
6 ponit Bar. in l. ſiue pars. C. de dilatio. ubi pẽdente dila
tione data officiũ iudicis cõquieſcit in iis, q̄ p̄iudicia-
lia eſſent illis, ſuper quibus dilatio pẽdet. Et propterea
cum in terminis noſtris iudex ipſi Ioan. Baptiſtæ acce
ptanti dederit dilationem ad opponẽdum reſcripto,
præſente parte, & nõ contradicẽte, & cõſequenter ta
citè conſentiẽte iuxta ea, quæ not. uoluit Bar. in l. 1. C
de re latio. ſaltem pendente illo termino, inſtantia di
citur in pendenti ſtetiſſe, nec interim procedi potuit.
7 cum † inſtantia cauſæ appellationis expreſſo, ſeu taci-
to cõſenſu partiũ ſuſpendi poſſit, quãuis non proro-
gari, ut habetur in d. clem. quamdiu, & in d. authen. ſi
tamen, & per Alex. & alios. in l. properandum. in prin
cip. C. de iudi. & in d. conſ. 24. in 4. col. Et ex prædictis
reſoluitur etiam ſecundum, quartũ, & quintũ dubiũ,
quæ in effectu ad unũ, idemq; tendũt. ¶ Circa tertiũ.
8 † An ſecundum reſcriptum à parte impetratũ, nulla
facta mentione de approbatione primi reſcripti, & de
proceſſu in cauſa facto ſecundũ formã dicti primi re-
ſcripti, fuerit nullum, uidetur cõcludẽdum, ꝙ ſic per
tex. cum ibi not. in c. inter monaſterium de re iudi. &
9 c. in noſtra de procurato. quia † procedẽdo corã iudi-
ce uigore primi reſcripti, & ſecundũ illius formã, ui-
detur pars approbaſſe primum reſcriptum per ea, quę
no. uolunt Archid. & Domin. in §. ſpatiũ uerſ. ei autẽ.
3. q. 3. & ideò debuit fieri mentio nõ ſolũ de primo re
ſcripto, ſed ẽt de proceſſu facto ad plures actus, & di-
10 uerſis temporibus. Et † quamuis in ſecundo reſcripto
fuerit poſita clauſula ſtatũ cauſæ &c. q̄ idẽ operatur,
quod clauſula pro expreſſis habẽtes, ad tradita ꝑ mo-
der. in c. cæterum. de reſcrip. tamen clauſula illa non
operatur, niſi in reſcriptis, & gratiis motu proprio cõ
ceſſis, nõ autẽ ad poſtulationẽ partis, ut uoluit Ang.
in l. diuus. §. licet. ff. de iureiuran. & in l. ſed & ſi quis. §.
quæſitum. in fi. ff. ſi quis cautio. & hæc maximè proce-
dũt, cum ſimus non in literis principis, hoc eſt papæ,
ſed ĩferioris, uidelicet legati ſecũdũ Ang. in d. §. quęſi
tum ꝑ illũ tex. in uer. ſpecialiter, in quibus talis clau-
ſula nõ operatur derogationẽ, ſeu mẽtionẽ ſpecialiſ-
ſimam, prout ſpecialiſſima requiritur de proceſſu fa-
cto cõſenſu partiũ ad tradita per Inno. in c. ex literis.
de offic. deleg. & in d. c. inter monaſteriũ, ubi Abb. &
in c. ut debitus. de appel. Et ex his uidetur omnino te-
nẽdum, inſtãtiam nõ fuiſſe peremptam, uel ſaltẽ ne-
gari non poteſt, quin ex prædictis res dubia reddatur,
& propterea iudicandum eſt, inſtantiam non eſſe pe-
11 remptam, quia † ut uolunt Pau. de Caſt. & Alexan. in
l. 1. ff. ſi quis cautio. Felin. in c. ſignificauerunt de teſti
bus, Decius. in d. c. ut debitus. in 7. col. & in c. de prio-
re. in 1. notab. de appella. ſemper in dubio fauendum
eſt inſtantiæ, ut fiat interpretatio, illam non dici pe-
remptam. Et ita in caſu noſtro domini iudices facere
tenentur. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Differentia, & diſtinctio in cõditionibus, an ſit neceſſaria ad actũ, an uoluntaria, & an debeat ſpecificè, an uero per æquipollens adimpleri, quando conſideretur, & locum habeat.*

2 *Conditio de pręterito eſt improprie conditio, & potius eſt cauſa diſpoſitioni adiecta, quæ dicitur finalis, & illa ceßante, ſeu uera non exiſtente, diſpoſitio non ualet.*

3 *Actus cum proteſtatione declaratoria interueniente in ipſo actu, & parte præſente, & acceptante factus non ualet, ceſſante eo, quod in proteſtatione continetur.*

4 *Verba contrahentium, & paciſcentium à diſpoſitis per ſtatutum interpretationem recipiunt.*

5 *Verba ſecundum naturam loci, & fori, in quo cauſa agitatur, debent intelligi.*

6 *Statuta fori, in quo cauſa cognoſcitur, debent in concernentibus proceſſum attendi.*

7 *Inſtantiæ ſemper in dubio eſt fauendum.*

8 *Comprehenſum id ſolum dicitur, quod fuit uerbis expreſſum, quando plura ſunt tanquam diuerſa conſiderata.*

9 *Verba in dubio interpretanda contra eum, qui ſe in illis fundat.*

10 *Et in iudicijs ad fauorem illius, cuius gratia prolata fuerunt.*

11 *Inſtantia ut currat, et ad probationes, & deciſionem cauſæ procedi poſſit, requiritur de iure communi litis conteſtatio, & ſtatutũ uolens ſufficere quaſi conteſtationem, aut contradictum eſſe, uel haberi pro contradicto, eſt contra ius commune.*

12 *Aequipollens non admittitur, quando ſunt appoſita illa uerba nõ aliter, nec alio modo.*

13 *Iudex appellationis quando, nullitatis articulo omißo, poßit ex eiſdem actis ſuper meritis cauſæ pronunciare, & nu. 17.*

14 *Inſtantia perempta, acta ipſa ordinatoria pereunt, & ſententia poſtea lata eſt nulla.*

15 *Et tunc iudex appellationis non poteſt eiſdem actis ſuper meritis cauſæ pronunciare.*

16 *Nullitas ſententiæ extra inſtantiam latæ non eſt in ipſa ſententia, ſed magis in actis.*

EPITOME.

Prorogatio inſtantiæ ſi in iudicio facta fuerit inter partes cum his uerbis, quatenus lis fuerit conteſtata, & non aliter, nec alio modo, pro nõ facta, & nulla habetur, ſi lis propriè conteſtata non fuit, nec uerba illa uerificatur in quaſi conteſtatione, uel in caſu, quo eſſet contradictum, aut haberetur pro contradicto, etiã ſi ſtatutũ loci quoad curſum inſtantiæ hæc omnia æquipararet.

Nullitatis ſententiæ extra inſtantiam latæ cauſa nõ poteſt à iudice appellationis omitti, & ex eiſdẽ actis ſuper meritis cauſæ pronunciari.

CONSILIVM XXXVII.

REQVISITVS, ut aliqua breuiter dicã ſup pri
mis duobus motiuis per M. D. Poteſtatem
factis, quoad primum conſiderandum eſ-
1 ſe arbitror, ꝙ † inueſtigatio, an ſimus in cõ
ditione neceſſaria ad actum, uel effectũ a-
ctus, an uero in cõditione uolũtaria, & an debeat adĩ-
pleri in forma ſpecifica, an ꝑ æquipollẽs iuxta ea, quæ
habentur. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cõd.
fact. & ĩ l. mulier in princ. ff. ad trebell. iũcta. l. mæuius.
& l. q hæred. ff. de cond. & demonſt. cum iis, quæ ple-
nè dicnnt̃ in l. gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de lib. & po
ſthu. extra rẽ, & impertinẽs uidetur, nã illa diſtinctio

fit in conditionibus,quæ ſunt uerè, & propriè condi-
tiones,uidelicet de futuro , ut in locis allegatis . Nos
2 autem ſumus in conditione, † quæ impropriè dr̄ con
ditio,uidelicet in illa,quæ eſt de pręterito,quę potius
dr̄ cauſa adiecta diſpoſitioni, quæ cauſa dr̄ finalis , &
illa ceſſante,ſeu uera non exiſtente actus, uel diſpoſi-
tio non ualet,ut eſt tex.in l.ſi ita ſtipulatus fuero hāc
ſummā,& in l.conditio in præteritum. ff. de uerbo-
rum oblig.l.cū ad tempus.cū l.ſequen. ff. ſi certū pet.
& melior eſt text.in §.pen.inſti.de uerb.oblig.Bart.&
alij in l.1.& in l.demonſtratio.§.quod aūt.ff.de cōdit.
& demonſtr.cum ſimilibus. Vnde cū in caſu noſtro
non reperiatur,ꝙ lis fuerit conteſtata,ſequitur, ꝙ ꝓ-
rogatio facta inter ipſas partes ſub hac cauſa , quate-
nus lis fuerit conteſtata,habetur pro non facta,& nul
3 la eſſe dr̄.nam † cum prorogatio in iudicio facta fue-
rit cū hac proteſtatione declaratoria,quæ interuenit
in ipſo actu,& parte præſente , & acceptante , ea non
debet ualere, quoniam deficit conſenſus, ex quo con
ſtat litē non fuiſſe conteſtatā , ad ea ,quæ habentur p̱
Bart.& alios in l.non ſolum.§.morte. ff.de noui ope-
ris nunciatio.& per ſcriben.in c.cum M.de conſtit.in
c.tua nos.de ſponſ.& in c.ſollicitudinē.& ibi pleniſſi
mè Card.Alex.de app.Nec dicatur, ꝙ in caſu quāuis
lis non fuerit conteſtata,tamen fuit quaſi conteſtata,
ſeu melius hr̄ pro ꝯdicto,uel quaſi quoad effectū , ut
inſtantia currere incipiat,& poſſit procedi ſuper me-
ritis cauſæ,& ad inſtruendum cauſam , ut habetur in
ſtatuto ſub rub.de uocatis in iure, & uenien. §. q̄ qui-
4 dem.& in §.ſi non fuerit. Et † uerba ꝯhentium,& pa-
ciſcentiū recipiunt interpretationē à diſpoſitis p̱ ſta-
tutū ad tradita per Bart.in l.ut iuriſiurandi.§. ſi liberi.
ff.de operis libert.per docto.in l.gallus.§ quidā rectè.
ff.de liber.& poſthum. & per Alex.& alios in l. hęre-
des mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. item in hoc caſu
5 † uerba hmōi debēt intelligi ſm̄ naturā loci, & fori,
in quo cauſa agitatur l.plenum. §. æquitii. ff. de uſu,
6 & habita.ex quo † in concernentibus proceſſum at-
tenduntur,& ſeruantur ſtatuta fori, in quo cauſa co-
gnoſcitur Bal.in l.cūctos populos.C.de ſumma Trin.
& fid.cath.Abb.& aliij in c.1.de conſtitu.& in c.quod
7 clericis.de foro compet.item † in dubio ſemp̱ fauen-
dū eſt inſtantiæ.Paul.de Caſt. in l. 1. ff. ſi quis cautio.
Dec.in c.ut debitus.col.7.& in c.de priore. de appel.
& Feli.in c.ſignificauit de teſtibus. Nam his reſpon-
8 deri poteſt,ꝙ † ex quo ſtatutū pręallegatum hæc om
nia,uidelicet litem conteſtari,item quaſi conteſtari,
& contradictum eſſe,uel pro contradicto haberi con
ſiderat tanquam ſeparata,& diuerſa , ut ex uerbis ſta-
tuti colligitur,ſequitur,ꝙ ſi inter partes ſuper vno ex
illis fuerit conuentum,ſeu de uno ſimpliciter expreſ
ſum,non uidetur de alio cōuentum, nec expreſſum ,
niſi ex uerbis appareat, prout ſtatutum ultra illa uer-
ba,ſi lis fuerit conteſtata,adiecit uel quaſi cōteſtata,
uel fuerit contradictum,uel quaſi cōtradictum ; qm̄,
ut dictū eſt,uerba partium,& contrahentium debent
intelligi,& interpretari in dubio ſecundum uerba ſta
tuti : ſicut ergo ſtatutum ut hæc omnia comprehen-
deret,illa expreſſit,ita & pactum inter partes ſup̱ pro-
rogatione factum debuit illa exprimere:quo fit,ut id
ſolum dicatur comprehenſum , quod fuit uerbis ex-
preſſum,& non aliud,argumento l.maritus.C. de ꝓ-
curat.& l.quod labeo.ff.de compenſatio. cum ſimili-
9 bus. Ac etiam quia † uerba in dubio ſunt interpretā
da contra eum,qui ſe in uerbis fundat Bart. Paul. de
10 Caſtr.& alij in l.ueteribus.ff.de pactis. Et † in iudicijs
interpretanda ſunt ad fauorem illius, cuius gratia ꝓ-
lata fuerunt Bart.in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de uer-
borum obligat.Sed hæc uerba quatenus lis non fue-
rit conteſtata prolata fuerunt ad fauorem equitis Bo
lognini,ergo in eius fauorem ſunt interpretanda, &
ſi præſupponeretur,ꝙ eſſent dubia ad tradita à Barto.
in d.§.1.Sed cum ſint clara,quia ſolum loquuntur de
conteſtatione litis,non debent aliter intelligi illa im
propriando , ut uerificentur in quaſi conteſtatione,
ſeu in caſu,quo eſſet contradictum, uel quaſi, cū hæc
ſint inter ſe diuerſa,& ſtatutum illa ut diuerſa ponat,
& exprimat per ea,quæ uoluit Barto.in d.l.inter ſtipu
lantem.§.1.& in l.de die.ff.qui ſatiſdare cogan. Præ-
11 terea † contra regulas iuris communis,quod cōteſta
tionem litis requirit,ut in l.1.C.de litis conteſtatio.l.
prolatam.C.de ſenten.c.unico.de lite conteſt. clem.
ſæpe.de uerborum ſignifi.& Bar.in l. inter ſtipulantē.
§.1.ff.de uerborum obligatio.ſtatutū ibi hæc æquipa
rat,uidedelicet litem conteſtari,uel quaſi conteſtari,
aut contradictū eſſe, uel haberi pro cōtradicto, quo-
ad effectum,ut inſtantia incipiat currere, & poſſit ad
probationes,& deciſionem cauſæ procedi , ergo hoc
non eſt trahendum ad caſum, quo partes prorogarūt
inſtantiam,quatenus lis eſſet conteſtata, & ſic ad ca-
ſum non comprehenſum in ſtatuto. c. quæ à iure de
12 reg.iuris in 6.cum ſimilibus. Præterea † ex quo dictū
fuit,quatenus lis ſit conteſtata,& non aliter, nec alio
modo,non per ęquipollēs,ſed ſolum eo modo, quo
fuit expreſſum,ꝓgatio debet intelligi facta, ut eſt
gl.ſingularis , quam ad hoc multum cōmendat Bal.
in l.ſi quidem.in 2. col.C.de excep. ¶ Circa ſecundū
motiuum ſubtiliter conſideratum dicendum eſt, ꝙ
13 † quando appellatio deuoluit cauſam nullitatis ſen-
tentiæ , & nullitas non eſt in ſubſtantialibus iudicij,
hoc eſt in actis ordinatorijs, tunc iudex poteſt ex eiſ-
dem actis,quæ firma remanent , ſuper meritis cauſæ
pronunciare . Secus , ſi nullitas eſſet in ipſa ſentētia,
per ea,quæ uoluit Lapus in allegatio. 107. quē refert
Peruſi.in c.dilecto.in quæſtio.9.de appellatio. & per
doctores in l.quærebatur.ff.de re iudic. cum ſimilib.
Ex quibus infertur, ꝙ ubicunque eſſemus in caſu, in
quo acta ipſa non eſſent firma, nec ualida, tunc ex il-
lis non poſſet iudex ſuper meritis cauſæ inter partes
pronunciare,ut ex uerbis doctorum præallegatorum
colligitur,& maximè,quando nullitas non eſſet in ip
14 ſa ſententia . Sed † quando inſtantia eſt perempta,
acta ipſa ordinatoria pereunt,& ſi iudex poſtea uellet
ex illis actis ſententiam ferre,ſententia eſſet nulla tā-
quam lata ſine actis.l.cum lite mota.& ibi Bart. ff.iu-
dic.ſolui,Bart.& alij in l.properandum.§.1.C.de iudi
15 ciis cum ſimilibus,ergo † in caſu noſtro ſentētia fuit
nulla,quia lata extra inſtantiam , & ſic tanquam lata
ſine actis,quæ per lapſum inſtantiæ perempta dn̄r, ut
ſupra, ſequitur,ꝙ iudex appellationis,ad quem cā nul
litatis fuit deuoluta,non potuit,nec poteſt ex eiſdem
actis,quo ſunt perempta,in meritis cauſæ inter ipſas
16 partes pronunciare,nā † hæc nullitas ex peremptio-
ne inſtantiæ proueniens non dicitur eſſe in ipſa ſen-
tentia , quia propter hoc nullum uitium eſt in corti-
ce,ſeu tenore ſententiæ, à quo nullitas proueniat,ſed
magis in ipſis actis,nam actis peremptis , & extinctis
per lapſum inſtantiæ,ut ſupra,ſententia poſtea lata di
citur lata ſine actis ordinatoriis,ut ī locis alleg. Quo
fit,ut nullitas ex ipſis actis proueniat,& non ex ſentē-
tia. Et hoc modo motiuum retorquetur . Præterea
17 † Peruſi.& alij in d.c.dilecto. maximè in quæſtio. 10.
& Abb.in c.in literis . de officio delegat.& alij , quos
refert Peruſ.vn̄r uelle,iudicem appellationis poſſe ſu
per meritis cauſæ pronunciare, quando hoc petitum
fuiſſet,ut quia petitum fuiſſet ſn̄iam confirmari,& fa
ciunt ea,quę hn̄r ēt per Sal.in l.fi.C.de edic. diui adri.
toll.iudex enim non debet officium ſuū impartiri, ni
ſi imploranti.l.4.§.hoc aūt.ff.de damno infecto, c.cum
notuit.de elect.& hoc nō negāt Lapus,& alii in locis
prꝗallega-

præallegatis: ſed in caſu noſtro id nō fuit petitū, ergo &c. Concludendum itaque ex prædictis uidetur, pro rogationem non fuiſſe factam, cum non dicatur lis cōteſtata, prout neceſſe fuit ad hoc, ut prorogatio facta dicatur, item iudicem non poſſe, omiſſo articulo nullitatis, ex eiſdē actis ſuper meritis cauſæ pronunciare, ſed prius cauſa nullitatis diſcuti, & examinari debet per prædicta. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Actor quando ſoli inſtantiæ cauſæ poſt litem conteſtatam etiam inuito reo poſſit renunciare, & quando non, & nu. 5.*

2 *Exceptionibus, allegationibus, & confeſſionibus in iudicio factis eſt contra excipientem, allegantem, & confitentem ſtandum.*

3 *Fundare quis ſe non poteſt ſuper eo, quod impugnat.*

4 *Exceptionibus aduerſarij in iudicio factis præſens, & non contradicens uidetur aſſentire.*

5 *Alex. in conſ. 112. uol. 5. uolens, quod actor inuito reo non poſſit poſt litem conteſtatam ſoli inſtantię renunciare, declaratur.*

6 *Perempta inſtantia, ſequi debet abſolutio ab obſeruatione iudicij, & ab inſtantia.*

7 *In cauſis executiuis datur inſtantia uel iuris cōis, uel ſtatutaria.*

8 *Actor etiam inuito reo poteſt actioni intentatę, nullo ſibi ad eam reſeruato regreſſu, in totum renunciare, ſalua ſibi remanente cauſa, & reſeruatis ſibi alijs actionibus, & remedijs ex eadē cauſa competentibus: & multo magis ſi etiam à re prius petita in totum diſcederet, num. 11.*

9 *Libelli mutatio, & renunciatio actionis intentatæ facilius admittitur, quando per eam diſceditur ab inſtantia, ab actione propoſita, & ab ipſa re, quam quando inſtantia, actio, & res eadem remanet, & nume. 12.*

10 *Actor petens rem, uel quantitatem poteſt quandocunq; etiā poſt litem conteſtatam, & reo inuito parti ipſius cauſę, & litis, ac etiam toti cauſæ reſpectu rei renunciare.*

13 *Actione noua ſuper alia re intentata, dicitur eſſe noua lis, & cauſa, & nouæ dandæ ſunt dilationes, nouusq; libellus eſt faciēdus.*

14 *Actori non licet poſt litem conteſtatam mutare libellum quoad actionem, aliam intentando, niſi ab actione prius intentata in totum deſiſtat.*

15 *Debitorem meum ſi feci capi, deinde petam me mitti in poſſeſſionē bonorum, debeo admitti, & quare.*

16 *Remedia plura non contraria ad eundem effectum tendentia quādo pro exequutione competunt, uno intentato, poteſt aliud ſucceſſiuè, ſed non ſimul & ſemel intentari, & nu. 20.*

Secus ſi plura remedia ex eadem cauſa competentia eſſent contraria, uel ad diuerſos fines, & effectus tenderent, num. 18.

17 *Vendicatione rei agens ad poſſeſſionem recuperandam poteſt, illi actioni renunciando, poſtea interdicto poſſeſſorio agere.*

19 *Excommunicatione facta, ſi excommunicatus in contumacia perſeueret, poteſt ſucceſſiuè ad immiſſionem bonorum deueniri.*

20 *A remedio facili ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali pro executione intentato poteſt diſcedi, & ad aliud magis difficile rediri, ſed non econtra.*

21 *Libellus quandoconque etiam inuito aduerſario poteſt, iuſta ſubſiſtente cauſa, mutari.*

EPITOME.

Actorem poſſe ſoli inſtantiæ renunciare etiā poſt litem conteſtatam, & inuito reo, ſalua ſibi actione, & cauſa etiam ſuper eadem re, quando neceſſario abſolutio rei præſertim ab inſtantia, & obſeruatione iudicij ſequi deberet.

Et in totum ab actione propoſita, & remedio intētato, & ab ipſa re poſſe, etiam inuito reo, diſcedere, & & ſaluis ſibi remanētibus aliis iuribus, & remedijs ex eadem cauſa ſuper aliis rebus, & bonis ſibi competētibus, hic plenè demonſtratur.

CONSILIVM XXXVIII.

IN præſenti cauſa ſi uellem ſingula dubia, q̃ ex proceſſu elici poſſunt, per argumentationes hinc inde factas examinare, profectò, ni fallor, magno chartarū uolumine eſſet opus. Sed cū in paucis etiā ueritas conſiſtat, breuius quā potero, rem ipſam ſecundum ea, quæ iuris eſſe mihi uidebuntur, abſoluā, & de duobus tm̃, ſuper quibus cōtingit dubitari, agā. Primo utrū Antonius de Federicis merzarius poſſit, inuitis Ioāne Baptiſta, & Andrea filiis, & hæredibus ſer Danielis de sācto Petro, uel eorū procuratoribus, ſoli tenutę ipſi Antonio datæ ſuper quadam domo prædictorū de ſancto Petro ex reuocatione pacti precarij per dictū Antoniū facta pro exequutione inſtrumenti dotalis dotiū do. Franciſcæ olim uxoris dicti ſer Danielis, nec nō inſtātiæ cauſę duntaxat renūciare, & ab illa diſcedere, ſaluis nihilominus ipſi Antonio ſuis iuribus, & actionibus, ac remediis etiam intētatis ſibi ex eadē, uel alia cā cōpetētibus. Secūdo poſito, ſed nō cōceſſo, ꝙ Antonius nō poſſit ſoli inſtantiæ renūciare, remanente ſibi ſalua actione, & cā, an poſſit ſaltē in totū renunciare remedio reuocationis pacti precarii per eū intētato, & ab illo diſcedere, ſaluis tamē, & reſeruatis ſibi aliis remediis, & actionibus ex inſtrumento dotali, & ſic ex eadē cā cōpetentibus, præſertim qñ uellet huic remedio renūciare ēt quoad rē, in qua data fuit tenuta, ſeu ſuper qua pactū precarij fuit reuocatū ī tātum, ꝙ amplius ad rē illam reuerti nequeat, ſaluis tamen aliis iuribus, ut ſupra, in aliis bonis, & rebus.

¶ Quoad primum concludo, ꝙ dictus Antonius etiā poſt litē conteſtatā, inuitis illis de ſancto Petro, uel eorū procuratoribus poteſt ſoli inſtantiæ renūciare, remanente ſibi ſalua actione, & cā, & ſic remanente ſibi ſaluo iure reuocandi pactū precarij, & ſaluis aliis remediis ſibi ex eadē cauſa etiam quoad eādē rē com
1 petentibus. Ad quod dicendū moueor primo † ex doctrina communi omniū ſcribentium. Bart. Bal. Paul. Salic. Alex. & aliorū. in l. edita. in articulo de mutatione libelli. C. de eden. & ibi habetur per moder. & per Abba. Ioan. de Imol. And. Barb. & alios communiter in c. 2. de libelli obla. ibique Felin. in col. 14. uerſi. 3. limita, & p Bar. in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quā. iud. in quibus locis ipſi cōcludūt, ꝙ licet regulariter actor, inuito reo, nō poſſit poſt litem conteſtatā ſoli inſtantiæ renunciare, ſed vſque ad finem proſequi teneatur, per tex. in d. auth. qui ſemel, quia in iudiciis ꝑ litis conteſtationē quaſi cōtrahitur, & iō actor inuito reo nō poteſt ab inſtantia, & iudicio diſcedere, quoniā cōtractus ab initio ſunt uoluntatis, ex poſt facto autem neceſſitatis. l. ſicut. C. de actio. & obliga. & declarant doct. etiā. in l. poſtquam. C. de pactis. tamē ſecundum ipſos omnes hoc fallit, quando iudex uideret, & cognoſceret, ꝙ ex mala libelli cōceptione, uel ex alio actorū, & proceſſus defectu neceſſario ſeq deberet abſolutio præſertim ab inſtantia, & obſeruatione iudicij nā tunc actor, reo inuito, & ante, & poſt litem cōteſtatā poterit ſoli inſtantiæ cauſæ renunciare ſalua actione, & cauſa ēt ſuper eadem re, dummodo actor, q velle inſtantiæ tantū renunciare, offerret, & ſolueret ipſi reo expēſas litis, & cauſę, alioquin ſecus, ut declarāt Bart. Bald. Salice. & alii in d. l. edita. circa fi. & in aliis locis ꝓximè allegatis. Sed in caſu propoſito abſolutio ab inſtātia, & obſeruatione iudicij neceſſario ſeq dēret, ꝓut ex inſpectione actorū, & ꝓceſſus clarè ꝑcipi pōt, & ſtatī demōſtrabit, ergo Antonius īuitis aduerſarijs poterit qñcunq; ſoli inſtātiæ renūciare: ꝙ aūt neceſſario ſequi deberet abſolutio ab inſtantia, & obſeruatione iudicij multipl'r oſtenditur, & primo, qa libell⁹ fuit malè ꝯceptus, & formatus, ineptus, dubius, & nō cōcludens, ueluti fatētur, & in ueritate ſic eſſe opponēdo concludunt illi de S. Petro in eorū exceptionibus, & ſcripturis contra petitionem p̄fati
2 Antonij factis, & productis, † quorū exceptionibus, allegationibus, & confeſſionibus, quibus ipſi in iudicio ad

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN